
Ecclesiae Pisanae Historia, Volume 1 (Latin Edition)


Mattei Antonio Felice

Title: Ecclesiae Pisanae Historia, Volume 1 (Latin Edition)

Author: Mattei Antonio Felice

This is an exact replica of a book. The book reprint was manually improved by a team of professionals, as opposed to automatic/OCR processes used by some companies. However, the book may still have imperfections such as missing pages, poor pictures, errant marks, etc. that were a part of the original text. We appreciate your understanding of the imperfections which can not be improved, and hope you will enjoy reading this book.





ECCLESIAE PISANAE
HISTORIA

AUCTORE

P. M. ANTONIO FELICE MATTHAEJO^{et}

FRANCISCANO CONVENTUALI

In Academia Pisana Sacrae Theologiae

PUBLICO PROFESSORE.

TOMUS I.



L U C A E M D C C L X V I I I .

EX TYPOGRAPHIA LEONARDI VENTURINI
CENSORIBUS APPROBANTIBUS.

Ital 4065.2

Harvard University
Law School
Harvard Law School
Gift of the Harvard Law School
1900

*Non dubitamus, multa esse, quae, & nos prae-
terierint. Homines enim sumus, & occupati
officiis: subcisivisque temporibus ista curamus.*

C. Plinius Secundus *Naturalis Historia* lib. 1. pag. 4. edit. Harduini.

PETRO LEOPOLDO
REGIO HUNGARIAE ET BOHEMIAE
P R I N C I P I
ARCHIDUCI AUSTRIAE
MAGNO DUCI ETRURIAE

F. ANTONIUS FELIX MATTHAEJUS F. P.



Nter tot, ac tanta ingeniorum
monumenta, quae **TIBI, REGIE**
PRINCEPS ET ARCHIDUX sunt sin-
gulari Tuo beneficio inscripta, Tuaque be-
nevolentia munita, rogare, ut hasce quo-
que

que meas qualescunque de Ecclesiae Pifanae Historia disputationes NOMINI TUO ex veteri more datas, dictas, addictas, velis excipere, nulla, puto, invidia est. Hominem in Etruria Tua natum, CAESARIS PARENTIS AUGUSTISSIMI beneficentia auctum, ac inter eos allectum, quibus in Academia sua Pifana disciplinas Divinas, atque Sacras tradendi munus commissum est, in eoque honoris gradu singulari Tua munificentia confirmatum, & se TIBI, & omnia sua debere, nemo non videt. Norunt autem omnes, quos vel Tuae virtutis splendor beatos facit, vel laudum Tuarum fama jam ubique admonuit pervulgata, has quoque res, de quibus agimus ad Tuam curam pertinere. Cum enim apud animum, Tuum, MAGNE DUX, recte statuas, ita a DEO OPTIMO MAXIMO Reipublicae admi-

ministrati^vonem, & regimen esse compositum,
ac temperatum, ut ad humani generis felicitatem Imperium debeat cum Sacerdotio cohaerere, qui tam bene jura publica moderaris, IDEM existimas res sacras Tua cognitione, iudicioque dignissimas. Ad hanc scientiam inter cetera pertinet praeclarissimae Pifanae Dioecesis in Tua ditione positae Historiam cognoscere, fines statuere, vetustatem investigare, amplitudinem, atque dignitatem expendere. Haec omnia ex perpaucis, iisdemque obscuris antiquitatis monumentis partim eruere, partim coniecere, adhibitis multarum rerum subsidiis, multo & labore, necesse habui, atque subcivis, ut ajunt, horis, & non aliter, quam solent occupatissimi, conscripsi. Utinam laborem hunc, PRINCEPS SERENISSIME, non indignum iudices, qui vel REGIAM Tui praesentiam adeat, vel
Tui

^{vj}
Tui inscripti Nominis ornetur auctoritate.
Fructum satis amplum industriae meae per-
cepisse videbor, si id mihi peperit, quamtu-
lumcunque sit, quod potuerim TIBI tuus of-
ferre, & consecrare. Quod reliquum est,
DEUM IMMORTALEM precor, ut TE,
OPTIME PRINCIPUM, TIBI, tuisque, reique
Etruscae bono diu superstitem fervet, inco-
lumem, atque felicem.